



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

3 Nunquid omnia præcepta moralia veteris legis ad decem Decalogi  
reducantur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

la consilit humana perfectio, tamen cum non ordinet hominem ad alium, sed ad seipsum, non habet propriam rationem iustitiae. Aristot. sed (vt ait. Ethic. Philosophus) metaphoram, pro quanto appetitus, & ratio eiusdem suppositi considerantur ut duo. Altera vero dubitatio est, quod non videatur lex vestra vniuersitas 6.) Christus collationes facta inter ambas leges, air, Audistis quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico vobis: Qui iracutus fratri suo, &c. Et ideo praemis: Nisi abundauerit iustitia vestra, plus quam Scribarum & Pharisaeorum, non intrabit in regnum colorum. Respondeatur quod quicquid Christus expressit, quod veram habeat rationem praecepti, concludatur in lege veteri, sed Pharisaei erat qui eam obnubilauerant. Nam si Christus prohibuit inimicorum odium, idem etiam prohibebatur Leui. 19. vbi legitur: Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Et si Christus concupiscentiam cordis compescuit, ideo scriptum erat Exo. 28. Non concupisces vxorem proximi tui.

Ad pri-  
mū arg.  
Ad secū-  
dū arg.  
Ad ter-  
tiū arg.

Respondetur, quod vbi diuina mādata appellantur iustificationes, non trahitur nomen iustitia speciali virtute, qua est inter homines: sed à iustitia qualis esse debuit inter hominem & Deum, quae est legalis generalis virtus, inde scilicet quod debemus proprias voluntates rationi semper ac per inde diuinis eius iussis habere conformes, qua ratione in eius amicitia persistimus.

Et pari modo respondeatur ad secundum. Nam etiā omne praeceptum rationem debiti praeferebat, non tamen debiti specialis iustitia, sed debiti, quod est voluntatis ad rationem, atq; hominis ad Deum, quidquid, eam obediēt rationi debitum est, deberat & Deo, qui rationi est auctor. Et hoc est obediētia generalis. Tertium denique iam solū est. Nā etiā omnis lex in bonum cōreferatur, commune tamen bonum alter lex humana prospicit; aliter vero diuina.

### ARTICULUS III.

Vtrum omnia praecepta moralia veteris legis ad decem Decalogi reducantur.

Cum definitum sit legem veterem de omnium praecepisse virtutē actibus

& tamen in decalogo non extant nisi decem praecepta iustitiae, querendum supererat, utrum reliqua aliarum virtutum ad hēc decem reducantur? Et arguitur à parte negativa. Prima omnium capit. vt Matth. 22. legimus, sunt: Diliges dominum Deum tuum, & Dileges proximum Argu-  
tuum, haec autem nec sunt in Decalogo posita, nec videntur ad ipsum posse reduci, ergo non omnia reducantur ad ipsum. Secundo arguitur: Tertium praeceptum, Mēmento vi diem Sabbathi Sanctifices, apparet ceremoniale, moralia vero non reducuntur ad ceremonialia, sed potius econuerso, cum moralia sint conclusiones naturalis iuris, ceremonialia vero, minimè, ergo non omnia reducantur ad Decalogum. Tertiū. Præcepta moralia non solum sunt de astibus iustitiae, sed patent preterea ad reliquias virtutes, quae ad mores pertinent: in Decalogo autem non extant nisi iustitiae præcepta: ergo non omnia illic reducantur. In contrarium autem est gloria super illud Matth. 5. Beati cœli cum vobis maledixerint homines, dicens, quod Moyse decem præcepta proponens, postea per partes explicavit.

Quælio hæc inferius art. 11. vbi in particuliari aliorum numerus præceptorum referuntur, lucidius patebit, nunc ergo tantum in genere duabus conclusionibus absolvetur. Prior est discrimen inter decalogum ac reliqua præcepta, hoc est potissimum, quod decem illa Deus Angelorum ministerio, (vt dictum est) in tabulis Moy si insculpit: alia, vero dedit per Moyensem. Est ergo media: è speculanda differentia, quod solum Decalogum homo à solo dōctus est Deo, reliqua vero ab hominibus. Ratione autem consonantissimum erat, Rō. coi vi. Deus tanquam naturæ auctor illa ex se duntaxat doceret, quæ vel naturalis ratio per exigua adhibita consideratione ex primis naturæ principijs elicit, vel ex infusa fide protinus innoteat, quorum haec sunt in prima tabula, illa vero in secunda, vt inferius patebit. Et quoniam inter omnes virtutes patetissima est iustitia, in hac explicanda virtute Decalogus versatur. Quapropter duo præceptorum genera prætermisit, illa, s. quæ tamquam per se nota principia in mentibus nostris configauerat, hac enim nulla præterea editione indigebant: vt, Id ne facias alijs.

alij, &c. Mox & illa qua vigilantiorum exigunt sapientum indagationem, que sci licet Moysi & alijs deinde sapientibus docenda reliquit. Hinc ergo colligitur posterior conclusio. Nempe quod omnia ad Decalogum reducuntur. Nam ille generalia principia continetur in Decalogo, sicut principia in proximis conclusionibus, quoniam. Non occides. Non furum facies, &c. nihil aliud est, quam. Id ne facias alij, quod tibi fieri non vis. Reliqua vero continentur in eodem Decalogo, sicuti conclusiones in suis principijs. Ut illud Leuit. 19. Coram cano capite consurge; virtute continetur in illo quod est Honorare parentes, &c. Non fornicaberis, ad id quod est. Non meghaberis, & illud; Non scenori dabis; ad id quod est. Non furaberis. Attamen quia copiosius ac luculentius articuli, explicanda hæc sunt, illuc usq; reliqua sunt expectanda.

Arg. 1. Ad pri-  
Ad pri-  
mū arg.  
Ad secū-  
dū arg.  
Ad ter-  
tiū arg.

Ad primum igitur argumentum respondeatur, ideo illa principia de dilectione Dei & proximi non esse in Decalogo expressum posita, quod nulla editione opus habebani, eo quod sint per se nota, sed Decalagus fuit illorum explicatio. Pris enim statim per fidem sit notum, ut articulo proximo patenuit sit. Quicunque enim fatetur esse Deum, eadem ipsa confessione conperit illum habet eundem a se esse diligendum. Neque quidquam esse potest rationi naturali aperiens consentiens.

Atamen quia diligens modus, cum res sit supernaturalis, non sit cunctis mortalibus in comperto, eundem expressit in preceptis prime tabule, ad que ideo precepta reducuntur, tanquam principium in suis conclusionibus contentum. Ac par modo secundum de dilectione proximi reducitur ad precepta secundæ tabula.

Ad secundum argumentum iam supra dictum est; preceptum sanctificandi fessi in genere, puta ut tempus aliquod diuinis meditationibus offeramus, non esse ceremoniale, sed morale, in particulari autem esse ceremoniale. Tertijs quoque responsio itidem explicata est. Enim uero cum Decalagus illa tantum cōtineat precepta, que Deus per se tulit, ipsum autem non nisi manifestas naturæ conclusiones exprimere decuerit, & preceptum omne prefecrat rationem debiti, que quidem ratio in virtute iustitiae patentior sit, in reliquis ve-

to latentior, consequens est, ut decalogus ea tantum precepta complectatur, que pertinent ad iustitiam; Reliqua vero de fortitudine, deque temperantia, ac de ceteris, qua parte includunt rationem debiti, ad eundem Decalogum reducuntur.

## ARTICULUS III.

Virum precepta Decalogi conuenienter distinguuntur.

Prostros superiores articulos de preceptis moralibus in genere disputatos, descendendam est peculiariter ad Decalogum. De cuius dispositione adhibentur alii quatuor, nempe de distinctione corū, deque numero, ordine, & traditionis figura. Quæritur ergo virum precepta Decalogi ut iacent Exod. 26. sint conuenienter distincta in tria prime tabula, & septem secundæ. Et arguitur a parte negativa. argum. Fides quæ intellectualis est habitus, & laetitia, quæ est religionis adoratio, duæ sunt gatuum, virtutes distinctiones, ergo distincta sunt precepta fidei, & latræ, ut illud. Non habebis deos alienos coram me, pertinet ad fidem, quod autem subditur. Non facias sculpi le, specter ad latram. Et quo fieret con sequens, esse quatuor prime tabula.

Secundò. Illud primum verbum, Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmatiū, quod autem sequitur. Non habebis deos alienos coram me, est negatiū; precepta autem affirmatiua distinguuntur a negatiis; ergo sunt duo, ac perinde resultabunt quinque prime tabulae, nempe adiūtis duobus alijs. Ne iures vana per eum, & Sabbathia sanctifices. Tertiò. Concupiscentiam non nisi vnam ponit Apostolus ad Rom. 7. vbi ait, Concupiscentiam nesciebat nisi lex diceret. Non concupisces, ergo vna est concupiscentia prohibitiō, atque adeo distinguuntur non debet in vnam concupiscentię vxoris alienę, & alteram aliarum rerum. In contrarium est auctoritas Augustini super eodem loco Exodi, distinguuntur tria precepta prime tabule, & septem secundæ.

Arg. 2. Arg. 3.  
August. Gemina  
de qua-  
mantre. Quare de hoc vna est omnium cō. intercessio-  
nis sententia. Item eodem consensu a. constat-  
firmant